

Dokumente

über die Weihe unserer Klosterkirchen

1. Freiburg / 1622

Anno Dominicæ Incarnationis 1622 Sanctissimo in Deo Patre ac Domino D. Gregorio XV in Cathedra Petri Sedente et Ferdinando secundo Austriaco S. R. I. Sceptrum tenente die 27 Novembris, quæ erat Dominica Prima adventus Illustrinus ac Revmus in Christo Pater ac Dominus Alexander Scappius, Episcopus Campanensis et Patracensis necnon eiusdem SS. D. D. N. Gregorii Papæ XV ejusdem S. Sedis ad Helvetios, Rhætos eorundemque Confœderatos Nuntius templum hoc cum tribus altaribus consecravit, Ecclesiam quidem in honorem omnipotentis Dei et S. M. Magdalenæ, Altare majus in honorem ejusdem Mariæ Magdalenæ; de Ss. Petro et Paulo, Andrea, Mathia Apostolis, Luca Evangelista, Sebastiano, Laurentio, Urso, Januario, Meinrado Martyribus, S. M. Magdalena et aliis incognitis Reliquiis in eo inclusis. Secundum in latere dextro in honorem intemeratæ ac gloriosissimæ Virginis Mariæ, in eo reliquiis de crinibus B. M. V., de S. Bartholomæo, Mathia Apostolis, Calixto Papa, Sergio, Erasmo, decem millibus Ursulæ, Margarita Martyribus, Walburga et Clara Virginibus et incognitis impositis. Tertium in sinistro latere in honorem S. P. Francisci illique reliquias Ss. Innocentium, Agnetis, Cæciliæ, Barbaræ, Margaritæ, Ursulæ et Societatis, Regulæ Martyrum, Claræ, Catharinæ Senensis Virginum et alias incognitas. Deo notissimas inclusit.

Dies anniversarius dedicationis celebratur die vigesima septima Novembris, et quando Dominica prima adventus inciderit, sequenti die 28. ejusdem mensis Novembris anniversaria dies peragetur.

Kopie im Provinzarchiv, Band 81, Seite 34.

2. Olten / 1649

Thomas Henrici, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Chrysopolitanus, et Suffraganeus Basiliensis.

Notum facimus per præsentes, quod Anno a Nativitate Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, die decima mensis Octobris, hanc Ecclesiam cum tribus Altaribus, summum in honorem Sancti Mauritii, ad cornu Evangelii in honorem Bmæ Mariæ Virginis Deiparæ, ad cornu Epistolæ in Sancti Francisci honorem consecravimus, et singulis Christi fidelibus in Anniversario Dedicationis, quæ semper erit Dominica post Octavam Sancti Francisci, eandem Ecclesiam et Altaria devote visi-

tantibus, quadraginta dies, de vera indulgentia, in forma Ecclesiæ concessimus.

In cujus rei fidem subscripsimus, et Pontificale Sigillum nostrum apposuimus.

Delemonti 13. Januarii anno Christi 1650

Thomas Henrici qui supra.

Originale pendet in Oratorio.

Kopie im Provinzarchiv, Cista 6 W, No. 4.

3. Mels / 1654

Nos, Joannes Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Curiensis S. R. I. Princeps ac Dominus in Grossengstingen Anno Millesimo Sexcentesimo quinquagesimo quarto, die decima prima mensis Octobris, Ecclesiam P. P. Cappucinorum in Mels in honorem Sancti Caroli, cum tribus Altaribus: Majus in honorem ejusdem S. Caroli; alterum ex parte Evangelii B. Mariæ Virginis; Tertium ex parte Epistolæ S. Francisci consecravimus. In altari majori Reliquias S. Conradi Ep. Conf. particulam de Alba, particulam de Mitra S. Caroli; in illo ex parte Evangelii: Ss. Joannis Baptistæ, Theodori Martyris et Fintani Conf.; in tertio: Ss. Pii et Germani MM. ex Cœm. urbis, et S. Franciscæ inclusimus. Singulis Christi fidelibus hodie unum Annum et in die anniversario Consecrationis ejusmodi (quem prima Dominica post Octavam S. Francisci celebrandum volumus) quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta ipsam visitantibus concedentes. In quorum fidem et hasce Sigilli nostri Episcopalis appensione et manus subscriptione munitas dedimus. Anno, die, loco, ut supra.

Joannes

Paulus Placsh

Loco Secretarii.

Kopie im Provinzarchiv, Cista 6, No. 14. u. Bd. 79, S. 160

4. Wil / 1657

Nos Georgius Sigismundus Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Heliopolitanus, Suffraganeus Constantiensis recognoscimus per præsentem, quod Anno Millesimo Sexcentesimo quinquagesimo septimo die XXIIIX Augusti solemniter Pontificalia exequentes consecravimus Ecclesiam Rv. Rv. Patrum Ordinis St. Francisci Cappucinorum prope Oppidum Wil in honorem S. Antonii de Padua, in eaque Altare Majus in honorem Ejusdem et S. Galli Ab., Benedicti et Othmari Abb.; reliquias vero Ss. Bonifacii, Servuli, Basilii, Valentini, Victorini, Emilii, Josue, Leandri et de societatibus Ursi et Victoris in eo inclusimus, statuantes anniversarium diem iam dictæ Ecclesiæ Dominica post Festum Ss. Petri et Pauli

Ap. lorum proxima singulis annis haberi celebrem. Cupientes igitur ut Ecclesia et Altare præfatum congruis frequententur honoribus et a Christi fidelibus jugiter ac devotius imposterum recolantur. Omnibus et Singulis qui in supradictorum Ecclesiæ et Altaris hujusmodi Sanctorum Patronorum ac Eorundem Dedicationis Festivitatibus ad eadem devotionis causa confluerint vota sua persolvendi, de Omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus confisi suffragio, quadraginta dies Indulgentiarum de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus harum testimonio litterarum nostro sigillo Pontificali appenso corroboratarum Constantiæ ad Acronium datarum die XXX mensis Septembris Anno quo supra.

Kopie im Provinzarchiv, Band 80, S. 38.

5. Arth / 1667

„Dei et Apostolicæ sedis Gratia Nos Georgius Sigismundus Episcopus Heliopolitanus, Reverendissimi et Illustrissimi in Christo Patris, Principis ac Domini Domini Francisci Joannis Episcopi Constantiensis in Pontificalibus Vicarius Generalis recognoscimus per Præsentes, quod Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo, die vigesima prima mensis Augusti, in Partibus Helvetiæ Solemnia Pontificalia Exequentes consecravimus Ecclesiam Reverendorum Patrum Ordinis Sancti Francisci Capucinorum in Pago Arth ad Honorem Sancti Zenonis Episcopi Veronensis, Martyris et Altare Chori in honorem Ejusdem, necnon Sanctorum Sebastiani M., Rochi Conf., Antonii de Padua et Annæ; Secundum Altare ad Honorem B. Virginis Mariæ ab Angelo Salutatæ et Sanctarum Barbaræ ac Catharinæ Virginum et Mart; Tertium ad Honorem Sancti Francisci Seraphici, Sancti Antonii Ab. et Sancti Wendelini Confess. Atque in Primo Reliquias Sanctorum Zenonis Episcopi Mart., Honorati, Tiburtii, Justi Martyrum, Joannis Evangelistæ, Mariæ Magdalenæ, Sebastiani et Aliorum Sanctorum Martyrum. In Secundo Sanctorum Martyrum Cai Theoduli, Innocentii, de Societate S. Ursi, Domitillæ et Margarithæ Virginum et Martyrum. In Tertio Sanctorum Martyrum Prosperi, Lucilli Vigili, Maximini et Evaristi inclusimus, statuantes Anniversarium iam dictæ Ecclesiæ Dedicationis diem Prima Dominica post Octavam Sancti Francisci singulis Annis haberi celebrem. Cupientes igitur ut Ecclesia et Altaria præfata congruis frequententur honoribus et a Christi Fidelibus jugiter ac devote visitentur. Omnibus, qui in supradictæ Ecclesiæ Dedicationis Anniversario ad eam devotionis causa vota sua persolvendo confluerint, de Omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus confisi Suffagiis, quadraginta dierum Indulgentias misericorditer in Domino concedimus, harum testimonio litterarum nostro Sigillo Pontificali

appenso corroboratarum. Datum Constantiæ die Decima Nona Mensis Septembris Anno prædicto, Indictione V.

(loc. sig.)

Kopie im Provinzarchiv, Cista 6 H 21.

6. Zug / 1676

Odoardus Cibo ex Principibus Massæ Dei et Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Seleuciæ, ac ejusdem S. Sedis ad Helvetios ac Rhætos eorumque subditos, ac Confœderatos, necnon ad Contantiensem, Basiliensem, Sedunensem, Curiensem et Lausannensem Civitates et Diœceses cum facultate legati de latere Nuncius. Omnibus et Singulis quibuscumque per præsentem notum facimus et attestamur nos die Dominica trigesima mensis Aug. 1676 consecrasse Ecclesiam R.R.P.P. Capucinatorum Tugii Constantiensis Diœcesis et in ea Altare majus ad honorem S. Annæ et S. Mariæ Magdalenæ, Altare a dextris ad honorem S. Francisci et B. Felicis Confessoris, et Altare a sinistris ad honorem Beatæ V. Mariæ et S. Antonii de Padua, in iisque inclusisse Reliquias S. Jacobi Apostoli, S. Marci Evangelistæ, S. Ursi Mart. et S. Ursulæ Virginis et Mart. Singulisque Christi Fidelibus hodie unum annum, et in die Anniversarii Consecrationis hujusmodi, quæ erit semper 4. Dominica Augusti ipsam visitantibus 40 dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta concessisse. In quorum etc. Datum Tugii 30 Aug. 1676.

(loc. sig.)

Kopie im Provinzarchiv, Bd. 79, S. 63.

7. Dornach / 1676

Nos Joannes Conradus Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Basiliensis, Sacri Romani Imperii Princeps etc. Omnibus et singulis has litteras inspecturis notum facimus, quod Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi supra Millesimum Sexcentimum, Septuagesimo Sexto, Indictione Decima quarta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac Domini Nostri Clementis X Divina Providentiâ Summi Pontificis Anno VII. In Festo Sanctæ Mariæ Magdalenæ, quæ erat vigesima secunda dies Mensis Julii in Pago Tornacensi Diœcesis Nostræ Basiliensis, existentes, Templum hoc F. F. Minorum Capucinatorum, et Summum ejus Altare in honorem Sanctæ Mariæ Magdalenæ. Secundum vero quod est ad Cornu Evangelii in honorem Beatæ Mariæ Virginis Adjutricis, ac Tertium, quod est ad Cornu Epistolæ in honorem Sancti Antonii Paduani in Pontificalibus dedicavimus, et consecravimus, et in Summo Reliquias Sancti Germani Martyris, sancti Viti Martyris et Sancti Felicis Martyris, in Secundo Sancti Sebastiani Martyris, Sanctæ Victoriæ Martyris, Sancti Adriani Martyris, in Tertio Sancti Justini Martyris, Sancti Vitalis Martyris, Sanctæ Sabinæ Martyris, inclusimus, Statuentes et cupientes ut non solum anniversaria dies Consecrationis hujus quot annis Prima Dominica post Octavam

Sanctæ Mariæ Magdalænæ Solemniter celebretur, sed et eadem Altaria congruis honoribus sæpius frequententur, Nos de Omnipotentis Misericordia confisi, Singulis Christi-Fidelibus hoc Templum et antedicta Altaria in præfata annuæ Dedicationis et Consecrationis die devote visitantibus Quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta concedimus. In quorum fidem has manu propria Subscripsimus et Pontificali Sigillo Nostro Majori muniri Curavimus. In arce Nostra Bruntutana, die et anno quibus supra etc.

(L. S.) sig.: Joannes Conradus Episcopus Basiliensis.
(Sigill wegegeschabt) *Original im Provinzarchiv, Cista 6Y, No 21.*

8. Näfels / 1679

Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Nos Georgius Sigismundus Episcopus Heliopolitanus Reverendissimi in Christo Patris Illustrissimique Principis ac Domini Joannis Episcopi Constantiensis in Pontificalibus Vicarius Generalis recognoscimus per præsentés, quod Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Nono die XV Octobris in partibus Helvetiæ solemniter Pontificalia exequentes consecraverimus Ecclesiam Monasterii Reverendorum Patrum Capucinatorum Ordinis Sancti Francisci in Näfels Glaronensis Districtus in honorem B. Virginis Mariæ immaculate Conceptæ, et in ea Summum Altare in honorem Ejusdem et Sanctorum Josephi, Joachim et Annæ, nec non Sanctorum Joannis Baptistæ et Fridolini Confessoris. Secundum in honorem Sancti Francisci Seraphici, et Sanctorum Sebastiani, et Danielis Conf. Tertium in honorem Sanctorum Antonii de Padua, Georgii et Sigismundi Martyrum, atque in singulis eorum Reliquias Sanctorum Martyrum Maximi, Faustini et Felicitatis incluserimus. Statuentes anniversarium diem Consecrationis hujusmodi Dominica post Octavam Sancti Francisci singulis annis haberi celebrem. Cupientes igitur ut Ecclesia et Altaria præfata congruis frequententur honoribus, et a Christi Fidelibus jugiter ac devote visitentur, Omnibus, qui in supradictæ Ecclesiæ Anniversario ad eam devotionis causa vota sua persolvendo confluerint, de Omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus confisi Suffragiis quadraginta dies Indulgentiarum misericorditer in Domino concedimus. Harum testimonio litterarum nostro Sigillo Pontificali appenso corroboratarum. Constantiæ Anno Domini MDCLXXIX die 29 Novembris Indictione secunda.

Aus dem Klosterarchiv Näfels

9. Bulle / 1692

Nos Petrus Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Lausannensis universis præsentés lecturis salutem in Domino.

Notum facimus omnibus et singulis, præsentibus et futuris, quod

anno Domini 1689 14. mensis Augusti ad piam humilemque RR. PP. Capucinorum Conventus Bullensis eorundemque Ecclesiam in Diœcesi nostra Lausannensi sitam, sub Patrocinio Beatissimæ V. Mariæ Miraculosæ de Compassione et S. Theoduli Episcopi et Confessoris, decenter et convenienter constructam et ornatam necnon eadem insuper die quattuor altaria decenti forma et modo constructa per Dei omnipotentis gratiam benedixerimus, sanctificaverimus et consecraverimus: Primum quidem sub invocatione B. V. Mariæ miraculosæ de Compassione et S. Theoduli; Secundum vero ad cornu Epistolæ D. Antonii de Padua; Tertium dein ad cornu Evangelii sub invocatione S. P. N. Francisci Seraph. et denique quartum in eorum choro sub B. Felicis Capuc. invocatione præfatæ Ecclesiæ manutenentiam promittentibus Nobilibus et honorandis Civibus et incolis Oppidi Bulli Ditionis Friburg. Inclusimus autem in eis (ut moris est) S. S. Martyrum Reliquias, scilicet: Ss. Innocentii, Pii, Modesti, Fausti, Apollonii, Vincentii, Claræ et Columbæ, et quidem unius Anni Indulgentias omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui præfatæ Ecclesiæ Dedicationi adfuerunt præsentibus concessimus, uti etiam iisdem fidelibus die præmemoratæ Dedicationis, quam ad prædictorum P. Patrum instantiam ad ultimam Dominicam Augusti celebrari concessimus. Anniversariæ pie visitantibus 40 dierum in perpetuum elargiti sumus. Quorum omnium præsentibus Adm. R. R. D. Dominis Joanne Daniele Reiff Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Nicolai Canonico Capit. et Decanis Ruralibus Dno Claudio Michel Bullensi et Dno Joanne Dudino Altavillano, necnon Venbli Clero Bullensi, et inter Laicos perillustri D. Nicolao Malliard Senatore Friburg. Honorandissimis Viris ac Dominis Jacobo Ræmy Bullensi, Domino Jacobo Alt Gruereriæ, D. Beato Jacobo Techterman Vippengensi, D. Jacobo Python Voncensi Præfectis, totaque honorabili Burgesia juxta Ritum S. Romanæ Ecclesiæ ac formam peractorum veritas et notitia, ut ad posteros facilius transmitti possit, non solum id totum libro insertum in Archivio Episcopali reponendo asservari volumus, sed etiam præsens instrumentum ipsis petentibus A. V. P. Generoso Friburg. Capuc. Guardiano ac totius præfati Monasterii ac Conventus P. P. expediri fecimus propria manu, sigilloque nostro munitum. Datum Friburgi in ædibus Residentiæ nostræ 31. Augusti Anni 1689. — Notum facimus prædictum Altare sub invocatione B. M. V. de Compassione renovatum a Nobis undecima Mensis Julii Anni 1692 rite fuisse consecratum, inclusis in eo iisdem S. S. M. Martyrum Reliquiis. Datum Bulli Die et Anno, ut supra.

Petrus Episcopus Lausannensis.

J. Dugo, Secret. Episcopalis.

Klosterarchiv Bulle.

(Prosequitur.)